

Dominus Ramos ubi proximo, n. 25. Item sustinetur alienatio domini sui a Principe facta pro pace statuenda, ut probat late Zypzus ubi supra, c. 6. tum sequenti. Etiam Princeps ad libitum res domini sui potest Ecclesie donare, ut fecit Magnus Constantinus relatus in c. Constantinus, 96. dist. quam donationem post alios refert Baleng. de Imperio, lib. 2. & explicat Petrus Marcha lib. 3. Sacra, c. imp. c. 12. & defendunt Covarr. lib. 4. var. r. 16. n. 8. Simancas de Cathol. tit. 44. n. 25. Carena de officio inquisit. part. 2. tit. 16. Paramus de orig. inquisit. lib. 3. q. 1. Hieron. Alb. de immunit. Eccles. 20. 72. Jodoc. Coccius lib. 7. thesauri fidei Cathol. art. 10. Molina de iustis. tract. 2. disp. 25. Baronius t. 3. an. 324. n. 117. Borell. de praesent. Regis Cathol. c. 47. Solorz. tom. 1. de iure tot. lib. 2. cap. 22. n. 5. Valenzuela adversus Venetos part. 3. n. 50. Diana part. 8. tract. 6. resol. 136. Menchaca lib. 1. il. lib. c. 6. mem. penult. innumeri congesti a Barbosa in select. 6. tom. ad textum in d. c. Constantinus; D. Joseph de Retes de donat. inter, c. 13. n. 19. Cajacius lib. 1. respons. Papin. tit. 20. ff. de offic. Praefid. P. Serlog. t. 3. in Cam. vestig. 45. sect. 1. fol. 43. & 81. esth eam cum aliis Haereticis impugnet Arnifus de do-

nat. Constant. c. 6. Unde cum Rex Hungaria teneretur ratione juris communis, & juramenti ab eo praestito tempore coronationis de non alienandis rebus Regiae Coronae, omnes res incolumes servare, & eas alienare in magnum regni praedictum, juramentum secundum praestitum de non confirmandis ipsis alienationibus illicitum fuit, & per consequens invalidum, non quia praestitum fuit contra ipsius juramentum tempore coronationis praestitum; nam plerumque secundum priora contrarium observatur, ut post Ant. Gomez probat Suarez d. 1. 2. de relig. lib. 2. de juram. cap. 30. per tot. Araucis de potest. maifest. c. 1. sed quia illicitum erat, & injustum, cum Rex ipse iure, & secundum communem regnorum legem non possit similibus alienationibus cum magno regni praedictio conficere: in donationibus autem factis Ecclesie alienatio fit sinecur, avib. de non alienandis, §. ut autem; quia Christo Domino donatum videtur, cuius est terra, & plenitudo ejus. Docet pluribus relatis Genensis practie. q. 3. Unde potest Rex regnum proprium Ecclesie Romanae subjicere, censualeque constitucere, ut probat Martha 2. par. de iurisdic. cap. 18. per tot.

CAPUT XXXIV.

Gregorius IX. Episcopo a Genoman.

Mulier, quae in iure praestito juramento asseruit virum talem in ipsam per verba de praesenti matrimonialiter se confensisse, e probationes alias non habenti, viro ab ejus impetitione per sententiam absolutu, nec debet licentiam dare cum alio matrimonio contrahendi, ne auctor perjuria videaris; nec hoc ei dicitur prohibendum, ne forte si fallum juraverit, matrimonium contingat legitimu impediri: sed suae conscientiae est potius relinquenda.

NOTAE.

a Genoman. De hac Ecclesia, & ejus Praelatis non nulla adduxi in c. 1. de claris. peregr. b Confensisse. Quid tamen dicendum sit hodie, dam Episcopus, vel proprius Parochus debent monitiones canon-

ias praemittere, ex dispositione Concilii Trident. in propria parochia, disputat late Martinus Uran. in repet. ad hunc textum, qui quae ad ejus interpretationem spectant, facile adducit. c Probationes. Testibus, aut tabulis, quo modo matrimonio probatur. Corraffus in select. lib. 3. c. 4.

CAPUT XXXV.

Idem.

Clericus, qui juravit se statuta in Ecclesia sua edita servaturum, promittens per idem juramentum statutum, quod postmodum subsecutum est, fideliter observare, licet transgredi non deberat quod promissit, non tenetur ad illius observantiam ex debito praestiti juramenti.

NOTAE.

a Idem. Gregorius videlicet IX. qui hanc constitutionem proprio motu, minime consultus edidit, ut plerumque in hoc Decretalium corpore contigit jam saepius notavi.

COMMENTARIUM.

EX hoc textu communiter deducitur, clericum jurantem servare statuta sua Ecclesiae, & promittentem servare statutum poltea editum, ut priora iam jurata, in perjurium non incidere, est violat fidem promissam non servando hoc novum statutum. Quae Gregorii constitutio merito omnibus diligenter visa est; nam cum quid referret ad actum praeteritum, perinde haberet ac si tunc gestum esset, l. si ita 38. ff. de cond. & demonst. Igitur si promissit clericus servare statutum posterius editum, referendo se ad prius juramentum, tamquam si tunc omnia statuta jurasset, ipso juramento obstringi debebat. Aliqui ut huic difficultati satisficerent, affirmant, ideo clericum non teneri ad statutum noviter editum servandum ex iurejurando, quia ad juramentum verba renaturantur, & desideratur expressio rei juramento comprehensa: unde cum in secunda promissione verbis non explicaretur novum statutum, ideo sub iurejurando non tenebatur clericus illud adimplere. Sed hanc interpretationem merito refellit Barbosa in praesentis: quare ea omnia versus dicendum est, in praesenti specie verba secunda promissionis dupliciter interpretari posse. Primo quasi illi voluerit clericus iterum jurare, & promissionem confirmare. Secundo quasi voluerit promissionem manere subiectam priori juramento, intendendo extensionem illius, aut existimando eam promissionem ita factam comprehendi sub priori juramento. Gregorius verba in ea interpretatur hoc secundo modo, & statuit, posterio rem promissionem non fuisse juratum, quia nec novo juramento confirmata fuit, nec prius juramentum ad illam extendi potuit. Non ex ignorantia, quia ablato errore cessat obligatio conscientiae erroris. Non voluntate sua, quia licet jurare, vel non; hanc, vel illam rem promittere, sit in hominis voluntate; tamen factu juramento circa

aliquam materiam, quod ex illo sequatur, vel non sequatur obligatio, vel quod sit tanta, vel major, non pendet ex hominis voluntate; quia est affectus naturaliter consequens ad juramentum, & ideo non est in potestate humane voluntatis facere, ut idem juramentum prius factum circa limitatam materiam, postea ad novam extendatur, licet sit in hominis potestate simile juramentum de novo facere circa similem novam materiam. Quia ergo Pontifex in eo casu interpretatur, non esse factum juramentum de novo; ideo recte concludit, promissionem illam non fuisse juramento confirmatam. Quod si infert, cur in casu ambiguo ita Pontifex verba illa interpretetur, cum securus videretur ibi juramentum praesumere, & ad illud servandum obligare; Respondetur Pontificem non iudicare de obligatione juramenti, nisi iuxta exigentiam exteriori signi: illa autem verba unde sumpta, & nullis aliis circumstantiis affecta, non indicabant novum juramentum, sed tantum promissionem, ut patet ex verbo Promittens; & extensionem prioris juramenti, ut patet ex proprietate illius relativi: Per idem juramentum. Unde cum ex vi verborum constaret, ibi non esse factum novum juramentum, vel saltem non constaret esse factum, & alioqui juramentum sit valde oerosum, & ejus obligatio periculosa, merito Pontifex favorabiliorem partem elegit, saltem in exteriori iudicio; nihilominus tamen non excludit, quin si clerico illi in conscientia constaret, se protulisse illa verba animo, & intentione jurandi de novo, ex nova promissione coram Deo manere obligatus; quia intentio jurantis poterat verba ad illum sensum determinare: sicut etiam in iustitia illa verba addita fuissent exteriori aliae circumstantiae, quae factis determinarent significationem, posset etiam in foro exteriori novum juramentum iudicari. Docent Covar. in c. quomodo, in priv. n. 8. Suarez de relig. 2. 2. lib. 1. c. 11. Thom. Sanchez lib. 3. summa, c. 17. n. 22. Barbosa in c. 3. hoc tit. Accedit, quod docuit Mancinus genial. cent. 3. c. 206. videlicet, quod cum juramentum nihil aliud quam probatio sit, c. 2. de probat. l. ult. §. licentia, c. de iure de lib. l. tutor, ff. hoc tit. probatio autem ad ea tantum extendatur, quae probata sunt; ita juramentum ad id tantum extendi debet, quod juratum est. Mancinum transcripsit Barbosa tom. 6. in select. ad hunc textum.

CAPUT XXXVI.

Idem.

Juramentum a te parti delatum, nisi iusta de causa non potuit reculari. Quamvis quod in iudicio aperte parti deferatur, reculari possit licite, ac referri. Nec liceat convento famosa actione referre huiusmodi iuramentum.

NOTAE.

a Idem. Gregorius IX. videlicet, qui totam hanc constitutionem ex edito Pratoris, & ejus interpretatione per Prudentes facta decompromisit. nec est in hoc titulo alia, quae ad juramentum deconfitio litis spectet, nisi praesens, cum in aliis actum esset de iuramento extrajudiciali in aliis actibus validis, & invalidis praestito; juramentum enim quod iure Civili valde angustum erat, iure Canonico factum est latissimum; & quod iure Civili non nisi litibus accommodabatur, id iure Pontificio promissive omnibus actibus accedit, ut illis, qui alias non valent, robor praestet; illis vero, qui valent, confirmationem profusus adiciat. Prorsus igitur juramenti effectum, qui est de iure civili, idem est de iure Pontificio, non tamen vicissim omni juramenti usus, qui est de iure Pontificio etiam est de iure civili. Jus enim civile juramentum in litibus duxerat admitti, & agnoscit; jus vero Pontificium etiam in litibus, & praeterea in negotiis aliis quibusvis. Quare frustra intendes decisiones sub hoc titulo compilatas cum juris Caesaris sanctionibus conferre. Praesens tamen decretalis est ejus juris viceibus de prompta est.

Quare pro vere ejus interpretatione aliqua ipsius juris principia in hac parte nota praehabenda sunt. Et primo sciendum est, religionem iurandi praestitae temporibus ad dirimendas controversias interponi consuevisse; imo Radamantus olim, teste Platone lib. 1. de legibus, lites interposito iurejurando decidisse, licet licentia licentis saeculi impietas effecisset, ut iurandum ab aliquibus diceretur emplatrum zris alieni. Agellius lib. 16. nativus, c. 2. in fine facit quod eleganter scribit Scalig. in Festum, explicans Pacuvii locum hunc: Mancinum ad hunc notum conventionalium adus Sanctiera ad hunc iuramentum, Quibus quotidia Parva nova exterguntur.

Expressit enim notionem, & etymon verbi Mancinulor, cum extergendi, significatum adiecit. Dicit enim Pacuvius, nihil esse aliud iurandum, quam mantilenam; ut hac manus, in illo quotidianum noxae extergatur. De mantilena vide Zerd. lib. 4. georg. fol. 236. vers. 775. & legem supralicet, ff. de susp. leg. noxavi Robertus lib. 1. rer. iudic. c. 11. Dicitur juramentum remedium expediendum litium in l. 1. ff. de iurejur. l. 1. c. de rebus creditis; quia transactionis, novationis, solationis, & iudicati ad instar habetur, l. 2. l. nam postquam 9. cum seq. ff. de iurejur. l. quod si deficiente 21. ff. de dolo. notant Inductarii, & D. Mathias Guerra in §. item si quis postulant, Institut. de adus. Hoc tamen juramentum, quod litis decidende gratia praestatur, triplex est voluntarium, necessarium, & iudiciale. Voluntarium dicitur illud, quod tantum ex voluntate pendet, & suscipere, aut referre liberum est. Necessarium est, quod totam a necessitate proficitur, & necessario iudex defert, nec pars potest, cui delatum est, illud referre. Iudiciale, quod a iudice parti in iudicio deferatur, quodque ex causa licet reculare, & referre: docent Donellus lib. 26. comment. c. 2. Merillus lib. 3. observ. c. 13. Vultejus disp. c. 7. Cironius ad hunc tit. & nos aliqua dedimus in c. 2. de probat. De necessario, & iudiciali agit noster Gregorius in praesenti, & docet circa necessarium, partem juramentum a iudice delegatum necessario suscipere debere, alias pro convicto, & confesso cum haberi, l. manifeste 38. de iure. & si reus est, qui renuit jurare, nihil superest nisi ut condemnatur, l. iurjurand. 34. §. ait 6. ff. hoc tit.

cum pro convicto habeatur; quia nulla recusandi causa probabilis dari potest, nisi metus perjurii, quia sibi confitens esse se debere, alias juraret: si vero actor est, qui jurare recusat, vel ante litem contestatam id facit, & si denegatur actio, d. l. iurjurand. 34. §. 7. l. 13. §. 3. c. 9. hoc tit. l. 7. §. 1. de public. l. 2. §. 1. de cons. pecun. Vultejus disp. c. 7. vel post, & reus absolvitur. Quem casum late explicat Donellus lib. 24. comment. c. 13. Duarenus de iurejur. d. c. 3. Perseus ad tit. C. de rebus creditis. Circa iudiciale a parte parti delatum etiam docet Greg. necessario praestari debere; nisi ex causa reculetur, ac referatur, si enim actor reo quod frequentius est, vel contra reus actori juramentum detulerit, pars cui delatum est, debet jurare, aut referre, d. l. 9. d. l. iurjur. 34. §. 6. nec potest reculari, nisi referatur: unde conjunctive legenda sunt illa verba nostri Gregorii: Reculari possit licite, ac referri. Nec deceptus fuit Gregorius falsam Interpretum sententiam amplectendo, ut nimis impudenter existimavit Donellus d. lib. 24. c. 20. est ad hunc disjunctive legantur: quare priora verba, videlicet licite reculari, non sunt exaudienda casu, quo juramentum ex iusta causa possit reculari, ut si actor de calumnia jurare reculet, d. l. iurjur. 34. §. 4. si ipse iurjurandum antea recularit, l. 11. C. hoc tit. vel si juramentum deferatur super facto alieno: unde non coguntur jurare pater, haeres, tutor, procurator, & similes, d. l. iurjur. 34. §. 5. ff. de in litem jur. vel alius ex causis late congestis a Donello d. c. 19. ex quibus licet illud reculare: nulla autem ex is precedente causa licet illud referre in adversarium deferentem, qui necessario jurare cogitur, & magna cum ratione: imputet enim sibi, quare detulit, cum sciret adversarium facultatem habere jurandi, aut referendi. Tandem concludit Gregorius, in actione famosa non licere referre huiusmodi juramentum: non tamen negavit Gregorius, in aliis etiam causis non licere referre, sed tantum hanc exprimere voluit alias omitendo: quare iniuste Donellus d. lib. 24. c. 19. ait male, Gregorium pro causis, in quibus non licet juramentum referre, quia de facto ejus agitur, cui delatum est, apposuisse causam actionis famosae. Hanc enim Gregorius expressit, alias autem non ignoravit: sed tantum circa causam famosae actionis docere voluit, relationi locum non esse, & merito; nam si ex lege Consetia permissum delatio, non autem permissum relatio, l. 5. §. hoc l. ff. de injuriis; quia aequum non est, committi iudici capitalis exitum iurejurando actoris, seu accusatoris, ut docet Fornerius lib. 5. rerum quotid. c. 19. Ita similiter in actione famosa aequum non esse, Gregorius existimavit, hominis famam, & existimationem juramento accusatoris committi. Omitto aliam rationem, quam Cajacius in praesenti reddit ex prohibitione passionis, seu transactionis super delicto, quam refellit Osiwald. ad Donell. de 19. litt. P. qui etiam non recte putavit, relationem juramenti in causa famosa permissi, quia permissum delatio, l. 2. §. ff. hoc tit. cum magnum deat discrimen inter delationem in his causis, & relationem: in delatione enim imputet sibi accusator, quare vindictam committit juramento rei; & tunc iuratur de facto proprio: in relatione vero contra, quia accusator non potest cogi jurare de facto alieno, nec ei debet committi vindicta delicti, de quo ipse accusationem proposuit. Ex alia etiam speciali ratione, quam refert, & exponit Cajacius in l. 9. C. de reb. cred. prohibetur relatio juramenti, & permissum delatio, in l. fin. C. de fidelicom. Unde non recte docuit Osiwaldus ubi supra, permissa delatione, permissi etiam juramenti delationem.

§.

Sane si actor omnino in probatione defecerit, reus debet (est nihil praestiterit) obtinere: praesumptione vero faciente pro illo reo, deferri potest, ad ostendendam suam innocentiam, juramentum, nisi iudex inspectis perfonarum, & cause circumstantiis, illud actori videat deferendum.

COMMENTARIUM.

CUM auctore non probante reus absolvendus sit, l. qui accusare, Cod. de edicto, l. 2. l. actor, C. de probat. cap. 2. de cons. poss. cap. mulieri, hoc tit. l. qui contentiam; Cod. de paxis; ideo magnopeore exagitata est questio huiusmodi, an est actor non probaverit pleas, sed tantum semipleas, aut praesumptione pro eo faciente, possit deferri iurandum reo? Quam questionem late disputant Corraffus in l. addmonendi; ff.

de iurejur. Duarenus lib. 2. animado. cap. 39. Faber de error. deced. 19. error. 4. Donellus in l. 3. Cod. de reb. creditis, & lib. 24. comment. cap. 19. & de iurejur. cap. 9. Cajac. lib. 18. observ. cap. 37. & lib. 22. cap. 28. & in d. l. 3. Cod. de reb. cred. & ad tit. C. de re iudic. Fachineus lib. 1. controu. c. 18. Gutierrez lib. 3. de iuram. c. 7. Parladorius lib. 2. rer. quotid. c. 18. Richardus in §. item si quis postulando, n. 66. de action. Forner. lib. 2. rer. quotid. c. 19. & nos in c. 2. de probat. Ex quo commentario, quae ad hoc spectant, repetenda sunt.

TITULUS XXV.

De exceptionibus.

CAPUT PRIMUM.

Caelestinus III.

Enique quod in dicta, & personas testium, quibus ante juramentum, vel depositiones nihil objectum fuit, post attestaciones publicatas possit opponi, hoc in Romana Ecclesia de longa consuetudine obtinuisse cognoscas; ut ante juramentum, vel depositiones, & post in dicta, vel personas testium legitime exceptio possit opponi: & si crimina testibus obijciuntur, de quibus non fuerant haecenus accusati, sed tantum ad solam exceptionem a quolibet opponuntur, probatio utriusque illorum criminum exhibenda est, antequam causa per sententiam de terminetur: cum sicut canonica constituta declarant, testes absque



quam infirma fuit talis excommunicatio, uti docet Gibalinus...
Cum ergo excommunicatio major privet omni communica-

CAPUT III.

a Idem Laudem. Episcopo.

CUM Ecclesiasticis provisionis officium, ad quod sumus (licet immeriti) Domino disponente vocati, nos juxta...

abfolvi, nec tamen abfolvatur, non ideo repelli potest a judicio. Suar. de censur. disp. 16. sect. 2. n. 10. Gibalin. ubi...

posita competatis, qui mandatis nostris in hac parte se duxerint temeritate qualibet opponendos. Quod si legitime...

NOTA.

Laudem. Ita etiam legitur in tertia collectione, sub hoc...

Laudem. Episcopo de questione prebende, que inter Novarien.

Cum illius vicem (licet non suffragantibus meritis) geramus in terris, de cuius vultu prodit iudicium, & videt oculi...

De Ecclesia Novariensi nonnulla notavimus...

De hac solemniter investitura auctoritabiliter...

De hac solemniter investitura auctoritabiliter...

De hac solemniter investitura auctoritabiliter...

COMMENTARIUM.

Communiter ex hoc textu talis deducitur assertio: Habent...

Traditor ratio du-

bicant,

Deductione

debita

Conclusio...

